





6770. 1723 14a 9

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**TRANSACTIONE  
NON RESCINDEN-  
DA PROPTER LÆSIONEM  
VLTRA DIMIDIVM,**

OCCAS. ORD. POLIT. MAGD. C. 46. §. I.

QUAM IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRÆSIDE  
**CAR. GOTTLIEB KNORRIO,**  
JVRIVM DOCTORE ET PROF. PVBL.  
EXTRAORD.

Eruditorum examini submittit  
**JO. FRIDERICVS GOLDHAMMER,**  
J. V. Stud.

---

H. L. Q. C.  
D. OCTOBR. 10 1734.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ;  
Typis JOHANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typ.



ALTE GÖTTLIEB KNOOR'S  
ALMANACH  
FÜR DEN NORDEN  
VON 1831.  
DIESE SEITE  
WURDE AUF DER  
RECHTEN SEITE  
VON DR. ERNST  
GÖTTLIEB KNOOR  
GEZOGEN.

V I R O  
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO  
ATQVE GENEROSISSIMO,  
D O M I N O  
I O . C H R I S T I A N O  
A  
D V R F E L D ,  
S. REGIAE MAI. A CONSI LIIS IVSTITIAE  
SANCTIORIBVS ET REGIMINIS ATQVE  
SACRI TRIBVNALIS IN DVCATV  
MAGDEBVRGICO,  
MENSARVM PROVINCIALIVM IN ACADEMIA  
FRIDERICIANA  
DIRECTORI LONGE GRAVISSIMO,  
DOMINO ET PATRONO SVO  
GRATIOSISSIMO ,  
FELICITATEM !

O V I R  
ILLVSTRIS, EXCELLENTISSIME ET  
GENEROISSIME,



Ecit insignis ille fauor, DOMINE,  
quo eos, qui litteris, quibus ipse  
imbutus es mirifice, operam na-  
uant complecti soles : Fecit gra-  
tia singularis, qua me, quoad lon-  
gissime potest mens mea respicere spatium præ-  
teriti temporis, ornasti, ut has studiorum primi-  
tias ILLVSTRI TVO NOMINI sacras facere non  
erubuerim. Sane inter tot, DOMIME, vigilias, in-  
ter tot labores, inter tot itinera, quæ iussu REGIS  
Tvi CLEMENTISSIMI pro salute Patriæ indefesso  
studio sulcipis, grata TIBI sunt Musarum otia  
ex iisque mirificam capis delectationem, Quan-  
tum

tum enim alii conuiuiis, quantum aliis Voluptati-  
bus tribuunt temporis, tantum TV, VIR ILLV-  
STRIS, ad illa studia quæ adolescentiam ornant,  
senectutem oblectant, aduersis solatium & per-  
fugium præbent, delectant domi, non impediunt  
foris, recolenda TIBI sumis. Quid igitur mirum,  
si TE tot meritis in Patriam vniuerlam Musasque  
conspicuum Augustissimus Borussorum REX non  
solum multis muneribus ornauerit clementissime;  
sed etiam NOBILITATEM noue confirmauerit. No-  
ue inquam, cum nemini non ex antiquissimis lit-  
terarum monumentis nota sit D VR FELDIO-  
RVM NOBILITAS, quippe qui inter primarios Ger-  
maniæ viros, veterima generis prosapia fulgentes,  
ludis heroicis, quos vocant torneamenta, summa  
cum laude interfuerunt. Sed nouus accessit lau-  
di atque Gloriæ TVÆ cumulus, eo ipso, quod  
Templum Deo sacrum in huius Ducatus capite,  
TVA, VIR ILLVSTRIS, cura e ruderibus suis iterum  
fuerit resuscitatum. Spatiosissimum proinde in-  
grederer campum, si in laudes TVAS excurrere  
mihi

mihi sumerem. Verum enim vero iubet singularis TVA modestia vt sileam, imo ipsa rei necessitas imperat silentium, cum TVA virtus meis encomiis longe sit maior! Hoc vnum obsecro, vt & in posterum me TVA gratia & benignitate non indignum existimes. Ego assidue precabor DEVM O. M. vt TE REGI, Patriæ, omnibus bonis & mihi etiam quam diutissime cum ILLVSTRI TORI SOCIÆ, quæ est sexus sui decus & ornamentum, sospitem seruet & in columem seroque Vos recipiat ad celeste illud beatorum confortium! Vale ILLVSTRIS DOMINE iterumque Vale & faue

ILLVSTRIS, EXCELLENTISSIMI ET GEMEROSISSIMI NOMINIS TVI

Halæ Sax. 2. Nov.

M DCC XXIII.

IO FRIDERICO GOLDHAMMERO.



## CAP. I.

DE

# TRANSACTIONE NON RESCIN- DENDA PROPTER LAESIONEM VLTRA DIMIDIVM SECUNDVM IVS NATVRAE.

## §. I.



Ræponimus, fluere ex ræ-  
tionis lumine, omnia pacta atque Pacta sunt  
servanda.  
promissa sancte esse seruanda. Qui <sup>E</sup>t qui ea  
enim fidem datam violat idque non seruat  
est iniustus  
quod promisit effectui non dat,  
aperte est iniustus. Quæ etiam Hinc nihil  
causa, quod nihil turpius, nihil foedius fuerit habitum turpius &  
apud omnes gentes, quam fallere fidem datam. Ita e-  
nim Græci crediderunt, eos notari a diis qui fidem viola-  
uerint. Probat id CASAVBONVS in sectionibus Theocriteis re fidem,  
p. 85. apparet autem, inquiens, veterum fuisse hanc super-  
stitionem opinionem, ut eos, quibus in naso vel lingua tu-  
bercula, ut sit, aut alia huiusmodi cutis vicia, in aliqua  
eius parte orientur, putarent, vel mentitos esse, vel de-  
<sup>1) a Gracis.</sup>

4 Cap. I. De Transactione non rescindenda propter

positum non reddidisse, vel aliquid denique FRAUDIS ad-  
misisse. vid. ILL. GUNDLINGIVS Part. Gundling. 2. Observ. 8.

a) a Roma. §. 4. Romani itidem, nihil sanctius, quam fidem da-  
nis. tam colendam esse afferuerunt. Hinc morem iungen-  
darum manuum, quoties alter alteri mandaret negotium,  
introduxerunt. Quemadmodum enim alias corporis  
partes dicabant numinibus, ita DEXTRAM (\*) FIDEI sa-  
cram facere solebant, quod observat GERARDVS NOODT

a) a Germania. V. C Probabil. L. 4. c. 12. Et quid de antiquissimis Ger-  
manis dicamus? Exclamant eorum legati apud TACITVM  
Lib. XIII. Annal. c. 54. n. 5. nullos mortalium armis & FIDE  
ANTE GERMANOS esse. Quid itaque mirum, si in Specul.  
Saxon. L. I. art. 7. dispositum: Wer etwas borget oder  
gelobet, der soll es geden, und was er thut, das soll er stets  
halten, & in Spec. seu. c. 12. Was der Mann gelobet, das  
soll er stets halten. Ortum inde tritum illud Germano-  
rum: Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann. Merito  
autem dolendum, aliam fere hodie esse Germaniae faciem  
longiusque recessum a germana illa fide, quorsum per-  
tinet illud: Versprechen ist Edelmännisch, halten aber  
Büaurisch, vid. HERTIVS Paroem. L. I. c. 8. §. II.

(\*) Imo etiam constat apud alias gentes manum obligationis fui-  
se solum Cuiac. ad. l. 10. C. de inutil. stipulat. Grotius  
de I. B. & P. L. 2. c. 13. §. 22. adeo, vt si promisor fidem fallat  
non minus detestabilis habeatur, quam si peierasset. Idem et-  
iam de iuramento per femur dicendum Genes. XXIV. 2.  
XLVII. 29. Ostendit enim Hermannus von der Hardt in Lit-  
teris de iuramento per dextræ carpum, non per femur, vo-  
cem Iarech significare dextra carpum v. ill. Dn. Gundling  
Gundlingian. P. IV. Obs. 2. §. 1. Apud Germanos adhuc ho-  
die hic ritus in viridi est obseruantia omnibusque notus He-  
ring de Fidejuss. c. II. n. 104. 165. seqq. Hinc Vbo Em-  
mius Rer. Frisianar. I. 2. de veteribus Frisia locuples tefsis  
est: verba pro litteris & sigillo, dextram pro iuramento ha-  
beant.

§. II.

Quæ cum ita sint, neminem adeo perficitæ frontis futurum credimus, qui id, quod quis promisit, non seruandum iudicaret. Cum autem transfigere sit pacisci, & omnis transactio, quæ est litis dubia conuenta, sed non gratuita decisio, sicut pacto, sine dubio etiam is qui transfigitur, id quod promittit sancte seruandum iudicat.

Si pacta sunt seruanda, etiam transactio seruanda, quia ea sit pacto.  
Quod si enim ficeret secus, vel aperte esset iniustus, vel sibi nescienter ipsi contradiceret, atque propterea merito pro absente & stulto esset habendus. Apposite & plane ad mentem nostram Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS L. 20. C. de transact. nihil ita, aiunt, FIDEI HUMANÆ congruit, quam ea quæ placuerunt, custodiri. Idem affirmat VLPIANVS l. 1. ff. de Pactis, de qua videlicet quæ habet Noodt de Pactis & transactionibus, C. I. p. 649.

§. III.

Adnummeramus autem transactionem contractibus Refertur qui continent aleam, similisque ea est emitioni spei, recte transactio ad contra-  
fici arguente ILL. THOMASIO in diss. de aequitate cerebri-ctus aleæ &  
ua L. 2. C. de Rescindenda Vend. C. 3. §. 8. Dum enim simili est,  
transfigimus adest dubius incertusque litis euentus, quis-  
que sit reportaturus palmarum ignorant transfigentes. Fru-  
stra itaque est, qui se, lite iamiam transactione so-  
luzum esse conqueritur, cum adsit consensus indefinitus spei:  
in utrumque euentum directus. Quæ indefinite consen-  
tiendi ratio omnem conquerendi caussam excludit vt eum-  
que euentus cediderit, rationes ita subducent acutissi-  
mo TITIO ad Puffend. de offic. hom. & ciu. obs. 384. Nam  
dum transigit, dubitat de litis euentu, & sic se proprio  
motu subiicit casui incerto. Apparente igitur deinceps  
lesione inanis esset atque risu digna querela, si eam mo-  
uere nullamque proinde pronunciare vellent transactio-

## 6 Cap. I. De transactione non rescindenda propter

nem, cum eidea semet iam subiecerit in antecessum.  
BARBEYRAC ad PVFFEND. L. V. C. 9. §. I. n. 1. HERTIVS P-  
roem. L. I. c. 43. §. I.

### §. IV.

Nihil ope-  
ratur er-  
ror, in re  
incerta e-  
nim unus  
errat.

Neque error hic quicquam operatur. Qui enim de re incerta paciscitur is utique errare potest, estque vius semper in ignorantia, aut errore, quia illa est incerta. Eo ipso autem dum init transactionem, renunciat errori, quia id quod promittit etiam servandum iudicat. Ex quo nunc facile est ad concludendum, neque propter enormem lesionem, neque propter enormissimam rescindendam esse transactionem, quia de his omnibus est transactum ILL. GVNBLINGVS *Dissert. singularia de trans-*  
*act. stabilit. & instabilit. capita §. 7.*

### §. V.

Bene vero  
dolus me-  
tusque.

Licet enim  
coactus con-  
ficiatur.

tamen co-  
genius  
metum in-  
ferendi pro-  
missumque  
acceptandi  
non habet,

Aliter autem longe se res habet, si quis metu do-  
love se ad transigendura esse inductum queratur. Qui enim vi metusque, qui cadit in virum constantem (\*),  
adigitur, ut aliquid promittat, non obligatur. Quam-  
uis vero consensus in promisso vi metusque extorto non  
sit excludendus, non tamen inde sequitur, ergo valide  
sunt ejusmodi promissiones, quia Ius Naturæ pacta con-  
sensu mutuo inita seruanda esse dictat. Frustra ita-  
que hic est VEFELMANNVS de Officiis sermocin. c. 7. §. 4.  
Non enim queritur, an adfuerit consensus, sed an alter  
ius habuerit metum mihi inferendi idque proinde, quod  
promisi, acceptandi? Quemadmodum vero metum  
incutiens id non habet, ita a mea parte nulla oritur o-  
bli-

(\*) Vari omni timoris nulla excusatio non est l. x. 4. de R. I.  
Videsis tamen quae eleganter hanc in rem differit BARBEY-  
RACIVS. V. C. ad PVFFENDORFIVM L. III. c. 4. §.  
10. n. 5.

bligatio ad præstandum id, quod promisi. Vbi enim Hinc quis nullum ius, ibi nulla obligatio. Hinc nec opus restitu- <sup>id nullum</sup>  
tione in integrum, quod GROTIUS deceptus juris Ro- <sup>nulla resti-</sup>  
mani commentis urget de I. B. & P. L. II. c. 17. §. 7.

§. VI.

Progedimur ad dolum. Hunc autem omnem ex- <sup>Qui dolo in-</sup>  
cludere consensum, nemo ibit inficias. Dici eum a do- <sup>ducitur ad</sup>  
lando, id est minuendo, lædendo DONATI auctoritate ad <sup>contraben-</sup>  
Terentij Eunuch. Act. 3. sc. 3. v. 9. probat laudatus NOODT <sup>dum non</sup>  
de forma emendandi dolim. C. I. δόλος enim græce voca- <sup>consentit,</sup>  
tur læsio, & dolones tela quædam bellica. Qui itaque  
alterum decipit is eum lædit; sed læsio repugnat iusti re- <sup>sed decipi-</sup>  
gulis, quæ in omnibus conuentibus bonam deside- <sup>ens eum la-</sup>  
rant fidem. Vbi ergo alter me decipit exulat bona fi-  
des, adeoque conuentio subsistere nequit, recte ita ratio-  
nes subducente NOODTIO l. c. C. 4. Equidem nos non fu-  
git, & eum errare qui decipitur, ab eiusque parte ad-  
esse errorem efficacem, sed probe est perpendendum,  
eum alterius fraude doloque in errorem esse coniectum.  
Qui vero decipitur, is non consentit, qui non consen-  
tit non pacificatur, qui non pacificatur, is etiam non tran-  
sigit. Quod autem nonnulli in ea sint sententia, distin- <sup>Neque di-</sup>  
guendum esse, an dolus causam dederit transactioni, an <sup>stinguend</sup>  
vero saltem inciderit, non conuenit naturali æquitati, <sup>dum inter</sup>  
quæ omnem omnino dolum sevère prohibet. Fecit Ius <sup>sam dan-</sup>  
Romanum quare ii securi senserint, quamvis ne hoc qui- <sup>tem trans-</sup>  
dem iure fuerit differentia inter dolum causam dantem <sup>actioni &</sup>  
b. f. contractui & incidentem, de quo differemus C. II. <sup>incidentem.</sup>  
§. XII. fusius.

§. VII.

Dolus a tertio adhibitus huc non pertinet, quia a Nihil vero  
graui dolus a ter-

8 Cap. I. De transactione non rescindenda propter

atio adhibi- transigente commissus non est, & sic extra ipsum repe-  
tus opera- ritur. Decipiens tamen talua ceteroquin transactione,  
tur. a id, quod interest, præstandum adigi potest. v. TITIUS  
Neque dolus l. c. Obs. 218. Verum enim vero, inquies forte, non qui-  
oritur ex re de nolum personæ subesse, sed eum ex re ipfa oriri. Est  
ipsa, hæc tua objectio admodum illepida atque plane inepta.  
quia est ad Nonne enim dolus fraus, fides, cetera sunt affectiones  
fectio homi- hominum indeque de rebus inanimatis prædicari neque-  
num. unti? vid. III. THOMASIVS cit. diff. c. 2. §. 4. lit. h. ubi  
Dolus, ait fraus, fides bona mala &c. sunt affectiones ho-  
minum, qua non nisi improprie de bestiis prædicantur: ac  
ideo non nisi abusione de rebus inanimatis. De his dolus  
non magis conuenienter prædicabis ac risum aut lacrymas.  
Sed præta tamen rident. Utique, sed stylo poetico, non co,  
quim postulat philosophia iuris.

§. VIII.

Conclusio His ita clare demonstratis, nemo dubitat ampli-  
Cap. I. us, transactionem, si dolus metusque absit, ita esse va-  
lidam, ut nullo prorsus prætextu possit rescindi. Restat  
itaque vt Cap. II. videamus: an etiam iure civili subsistas  
transactio, si quis se ultra dimidium lasum esse adfir-  
met, recurratque ad l. 2. C. de Rescind. Vendit. tanquam  
ad sacram quoddam Palladium & Cap. III. quid obti-  
neat iure Germ. & vsu forensi.

CAP.

CAP. II.

DE

TRANSACTIONE NON RESCIN-  
DENDA PROPTER LAESIONEM ULTRA  
DIMIDIUM SECUNDVM IUS  
ROMANVM.

§. I.

**P**lerique non infimi ceteroquin subsellii ICti *Acquitas I.*  
*L. 2. C. de Rescind. Vend.*, summopere commendant *2. C. de Ref.*:  
illamque ex ipso fluere rationis fonte sibi persua- *Vend. est ce-*  
dent. *Quæ causa mouit ILL. THOMASIVM*, ut *rebrina.*  
peculiari, quam laudauimus, dissertatione, de cerebrina  
eius legis æquitate ageret, si nulque ostenderet *C. III. §. nec exten-*  
*8. absone eandem a nonnullis extendi etiam ad læsionem denda ad*  
ultra dimidium in transactionibus. Cum vero hoc ar- *transactiones.*  
gumentum non pertractauerit sigillatim, opera pretium  
nos facturos credimus, si paulo fuisius demus demonstra-  
tum, oleum operamque perdere eos, qui ita subducunt  
rationes.

§. II.

Contextuit iam V. R. ILLVSTRIS illius legis historiam *Historiam I.*  
*C. 2. §. 5. seqq.* ad quam B. L. ablegamus. Prohibent *2. contextuit*  
enim dissertationis limites, ut eam hic repetamus. Id ILL. THO- *MASIVS.*  
interim præponimus, ad nodum esse vero simile, Dio-  
cletianum non propter læsionem ultra dimidium, sed *Imper. pro-*  
propter quancunque, quæ non est leuioris momenti, *nem ommem*  
concessisse contractus rescisionem, indeque verba *l. 2. que non*  
**MIVS AVTEM PRETIVM & l. 8. NISI MINVS DIMIDIO, refe- erat levio-**  
**B renda ris momenta.**

10 Cap. II. De Transactione non rescindendi propter

ti, concefer-  
re rescripto-  
nem. renda esse ad TRIBONIANI emblemata. Sed queris,  
quaꝝ sint huius coniecturꝫ argumenta? videsis ea in lau-  
data diff. C. II. §. II. Et si tibi tunc videatur verosimi-  
lius, ipsum l. 2. & 8. architectum earundem auctorem  
esse, suaviter fruere hac tua coniectura, nos tibi eam  
non inuidebimus.

§. III.

Quomodo Id vero ostendendum est clarius: differat pactum  
differat pa- a transactione? Audiamus VLPIANVM ad edictum l. I. ff.  
ctum &  
transactio. de transact. Qui transigit, inquit, quasi de RE DVBA &  
LITE INCERTA, neque FINITA transigit: Qui vero pacifici-  
tur donationis causa, rem CERTAM & INDUBITATAM libe-  
ralitate remittit. Quam DVARENT, Iti clarissimi, inter-  
punctionem adprobamus cum NOODTIO de Pactis &  
Transact. C. III. p. 656. WISSENBACHIO Disp. XI. th. I. n.  
3. & VINNIO de Transact. c. I. §. 6. Recte inde est ob-  
seruatum ab iisdem, nos pacisci nulla re cogente, donan-  
di animo, parum curantes, an quid debeatur, an debeatur  
nihil. Nulla in pacto adest causa, quia sola nititur li-  
beralitate, bene vero in transactione, vid ILL. GVNDLIN-  
GIVS in pererudita differt. Singularia de transact. stabil.  
& instabilit. capita §. I. WISSENBACH ad ff. Disp. X. th.

I. Sed quamquam transactione differat a pacto & con-  
uento in specie, non tamen excluditur a generali pacti  
& conuenti appellatione. Dum enim edixit Prætor: PA-  
CTA CONVENTA SERVABO, non minus transactiones set-

Vnus fuit  
de pactis &  
Transactio  
nibus titu-  
lus  
diuisus a  
Triboniano.

uat, quam donationes NOODT l.c. p. 659. vbi quoque,  
hac potissimum motus ratione, suplicatur, olim vnum  
de pactis & transactionibus fuisse titulum, diuisum po-  
stea a magnifice TRIBONIANO. Vnde etiam simul pa-  
tet, cur in titulo de transactionibus edictum perculiare  
non

*Læsionem ultra dimium secundum Ius Romanum.* II

nou extet, cum is fuerit pars edicti de pactis conuentis.  
Conuentonis autem vox est generalis. l. i. §. 3. eod.

§. IV.

Est vero transactio : rei dubiae litisque incertæ dā- *Definitur*  
to aliquo, retento, vel remisso decisio, l. i. c. 2. ff. ac *Trunactio*.  
*Transact.* Initur itaque illa ab iis qui dubium atque in-  
certum litis euentum animo versant ILLVSTR. GVND-  
LINGIUS l. c. §. 5. HERM. VVLTEIVS *Conf. Marp. V. I. C. 15.*  
n. 290. Quæ cum ita sint, nonne in omni transactione  
vtriusque consensum intuitu læsionis adesse animadver-  
sis? Dum enim vterque intelligit, rem adesse dubiam in-  
certumque litis euentum, eius tristes ambages vultures-  
que forte rogas, qui ipsorum marsupiis artificiose  
insidias struunt, pertimescunt, & eam potius componunt  
transactione, coque ipso, dum se eam seruare velle pro-  
mittunt, omni renunciant læsioni, quæ postea forte, ipso-  
rum opinione, adparere posset. Quod si enim face-  
rent secus, id non seruarent quod promiserunt.

§. V.

Adest itaque in omni transactione incertum atque *Quia adest*  
ambiguum. *Quod vero* ambiguum eius certa esse ne- *incertum*  
quit æstimatio, quia est ambiguum. Vbi vero æstima- *lesio vltra*  
tio certa deficit, læsio vltra alterum tantum probari ne- *alterum*  
quit. Ignoratur enim prius tantum, quia adhuc nescitur *probari ne-*  
quantum debeatur; alterum tantum vero primam sum-  
mam præponit, nec sine illa intelligitur. Quid vero  
postea forte innoteat non attenditur, quia tunc non am-  
plius transigitur, sed iam transactum omnisque lis fini-  
ta est, recte sic argente ILLVSTR. GVNDLINGIO l. c. §. 42.  
VVLTEIO l. c. n. 287.

B. 2

§. VI.

## §. VI.

Quid sententia CICERO respondeat? Negaruntur. Idque probatur operis adfectus. Obiectio. Alia obiectio. His ita probatis, expendendum est paulo curatus, quæ fuerit Ictorum veterum de lèsiōne in transactionibus sententia. Non vero patitur Iuris Romani ratio, inpropter ledulgere rescissionem transactionis, licet quem ultra divisionem re-scindi transactionem ex iis quæ iam a nobis dicta sunt, sed confirmat nos etiam in ea sententia SCÆCOLA L.78. §. 6. aa SCT. Trebellian. Heres, enim inquit, eius, qui post mortem suam rogatus erat vniuersam hereditatem restituere, MINIMAM QUANTITATEM, quam solum ita bonis fuisse dicebat, his, quibus fiduciocommissum debebatur, restituit: POSTEA REPERTIS INSTRVMNTIS apparuit, QUADRUPLO AMPLIUS hereditatem fuisse. Quod situm est, an in reliquum fiduciocommissi nomine conueniri possit? Respondit, secundum ea, quæ proponeantur, SI NON TRANSACTIONEM ESSET, pesse. Quid desideras clarius? Transactione rescindi nequit, licet quadruplo amplius fuisse in hereditate. Sed regeris forte cum gravitate, scilicet fiduciocommissarium vires hereditatis & transfigisse post reperta instrumenta, eamque ob causam eam rescindendam non esse respondisse ICTUM. Quod tamen ne veri quidem speciem habet. Nam in ipsa lege dicitur, non transactionis tempore, sed POSTEA primum reperta fuisse instrumenta ex quibus apparebat lèsiō, SCHILTER Exercit. IX. th. 15. Imo eo casu non fuisse transactione, sed gratuita pactio & iuris liquidi remissio VINNIUS O. Select. L. 1. c. 57. Eiusdem farinx effet illud, quod alius forte proficeret argumentum: in proposita specie de enormi lèsiōne simul fuisse transactua. Nonne enim ibi firmo est, de vniuersa hereditate omnemque assertar transactio item fuisse sotipit? De lèsiōne nihil in toto themate reperitur v. ILL. GUNDLINGIVS cit. diss. §. 43. S. VII.

§. VII.

Et hæc quidem sufficere possent ad stabiliendam eam, <sup>2) quia</sup> quam defendimus sententiam, nisi & alia non minoris <sup>transactio</sup> ponderis superessent argumenta. Constat enim transacti- <sup>ad lites fini-</sup> onem esse inuentam ad lites finiendas *l. 12. C. de Transact.* <sup>endas ad-</sup> inuenta. Sed num finirentur lites, si sub læsionis prætextu rescissio- ni sit locus denuoque iis aperiatur fenestra? *ANT. FA-*  
*BER Error. Pragm. Dec. VIII. Err. 10. n. 2.* Deinde notum, <sup>3) quia com-</sup> parari transactionem iuriurando *l. 1. §. 2. ff. de Iure- paratur lu-*  
*iur.* Quemadmodum vero tunc non queritur, an de- <sup>riurando.</sup>  
beatur, sed saltem, an iuratum, *l. 5. §. 2. de Iureiur. §. II. I.*  
*de Act.* ita etiam hic non querimus, an quis sit læ-  
sus, sed an transactum. Eadem utroque casu ratio, &  
sic eadem quoque fieri debet applicatio. Accedit Dio- <sup>4) Quia si-</sup>  
*CLETTIANVM & MAXIMIANVM rescripsisse l. 20. C. de Trans- milis est rei*  
*act.* Non minorem auctoritatem TRANSACTIONVM quam iudicatae.  
RERVM IUDICATARVM esse, recta ratione placuit. Iam vero  
iuris est manifesti, rem iudicataam læsionis prætextu non  
rescindi *l. 4. C. de Re indic.* Quis itaque negaret, idem  
iuris esse, si propter læsionem rescindenda esset trans-  
actio? *HARMINOPVLVS l. 1. tit. 10. FABER Dec. VIII. er. 10. n. 8.*  
*HERING de Fidei suff. C. 20. §. 7. n. 3. ZANG'R de Except. p.*  
*3. c. 18. n. 1. seq.* Sed haec adhuc in anticipi? Velim au- <sup>5) Quia suffi-</sup>  
dias PAVLVM *l. 65. §. 1. de Condic. indeb.* Et quidem, in- <sup>suf-</sup>  
quit, quod TRANSACTIONIS NOMINE datur, licetres NVL- <sup>ficit iustus</sup>  
LA MEDIA fuerit, non repetitur: nam si lis fuit, hoe  
IPSVVM, quod a LITE DISCEDITVR, CAUSA videtur esse. Sin  
autem EVIDENS CALVMNIA detectitur *Transactio imperfe-*  
*cta est, repetitio dabatur.* Videsne, sat iustum fuisse caus-  
tam, vt a lite discedatur? Si vero ea sufficit, non atten-  
ditur læsio, non enormis, non enormissima, sed sufficit,  
iustum ad sufficie litis metum *ILL. GUNDLINGIVS eit. diff. §. 7.*

## §. VIII.

*Quid efficit  
at error?*

Quæritur propterea, quid efficiat error? sed iam C. I. §. IV. ostensum, errorem atque ignorantiam non esse excludendam, quia subest causa dubia. Verum enim vero id eo extendendum non est, si quis putavit subesse litem, cum tamen subsit nulla. In hunc enim errorem antecedentem consentit nemo, nec etiam ex negotii natura consentire potest, recte sic arguente ILL. GUNDLINGIO l.c. §. 7. vid. CARPOV. L. V. Resp. 7. & Resp. 66. Neque obstat l. 29. C. de Transact. Quæritur enim, an si cum aliquo super hereditate transactum & res quædam hereditaria apud tertium reperiantur, ab eo peti possint. Respondet imperator, posse, quia transactio inter alios inita, tertio neque prodest, neque nocet BRVNEMAN. ad c. l. 29. n. 1. seqq.

## §. IX.

*De quo non  
cogitatum,  
de eo non  
trans-  
actum,*

Nec id prætermittendum, transactionem ad id saltē, de quo cogitatum, esse extendendam. Lites enim de quibus non cogitauimus in suo statu retinentur I. 5. de Transact. BYNCKERSHOECK Obs. Iur. Rom. L. 4. c. 2. quo sensu transactiones stricti iuris esse dicuntur ILL. GUNDLING cir. diff. §. 46. BACHOV. ad TREVTL. Diff. VII. th. 6. lit. A. Casus est in l. 3. §. 1. l. 12. ff. de Transact. Transegit TITIVS super iis quæ ipsi in testamento relicta, sed postea reperti sunt codicilli, recte nunc petit fideicommissum, de eo enim duntaxat cogitauit, quod in iis tabulis, quas tunc nouerat, continebatur.

## §. X.

*Neque l. 2. C.  
de R. V. ad  
transactio-  
nes exten-  
di potest.*

Vltimum præsidium quæris in l. 2. C. de Rescind. Vent. transactio-  
nes exten-  
dit. & suadere æquitatis rationem, ut eam ad transactio-  
nes extendamus, absone adfirmas. Sed iam satis dedi-  
mus demonstratum, ante DIOCLETIANI tempora non cogi-

cogitatum fuisse de transactione propter lesionem reficienda, ita, ut si inepit ageret, qui in re clara noua sibi formaret dubia. Imo ne ipsum quidem DIOCLETIANVM De qua ex de tam inepita extensione cogitasse, exinde sit certum, tensione ne quia nullum eius rei in viuero iure superest vestigium. ipsi quidem Ipsa enim lex 2. de Venditore loquitur, & quid in ea est Diocletianus cogitatus ex quo possit conjectura capi, quod idem constitutum ueruerit in transactione? ANT. FABER Error. Pragm.

Dec. VIII. Error. 10. n. 3. Ergo primum post eius tempora sub specie aequitatis extendi coepit. Imo mihi ad modum est opinabile, post IACOBVM de ARENA, cuius opiniones ex legum mente petitas fuisse fatetur BARTOLVS in tr. banditor n. II, huius extensio*nis primarius architec*tum fuisse eundem BARTOLVM ad l. si quis cum aliter extensionis 2. ff. de V. O. sed est, inquit, differentia in modo estimantur, arcib*etius fuit di, quia in transactione estimatur DVBIVS EVENTVS LITIS, BARTO*ad hoc, ut videatur, an quis sit deceptus ultra DIMIDIAM LV*S. IVSTI pretii. Nam illius dubii euentus venit in estimatione: non autem estimabitur quantum erat in VERITATE; unde respectu VERITATIS poterit esse DECIPTVS ULTRA DIMIDIVM iusti pretii. Ergo BARTOLVS lesionem ad dubium litis euentum refert, si nimis transfigens minus dimidia quam ex lice, si ista ante transactionem finita esset, deductis expensis, omnino habiturus fuisset, ex transactione acceperit v. COTHMANNVS Vol. 1. Resp. 28. n. 261. segg. Et quos ibi magno numero adducit, ex quibus tamen PINELLVS in l. 2. de Rescind. vend. P. I. e. 4. n. 2. hoc casu nunquam probationem lesionis concludentem esse posse fatetur. Quia etiam cauſa, quod eam satis exagitauerit ANT. FABER. Dec. VIII. Error 10. n. 6. 7.*****

§. XI.

Hinc CARPOZOVIVS, venerabilis ille pragma-  
tico- *que sit  
Carpzovius  
sententia.*

16 Cap. II. De Transactione non rescindenda propter

ticorum antistes, in Juriispr. Forerst. P. 2. C. 34. d. 1. E-  
tenim, inquit, cum remedium dict. l. 2. in contractibus com-  
mutativis absque controversia locum habeat, cur non & ad  
TRANSACTIONEM accommodaretur l. 5. C. de dolo malo,  
iniquissimum sane esset nullam hic lesionis considerationem

admitti, quam nullis verborum etiam amplissimorum clau-  
sulis excludi interpres concedunt HEIG. Q. 9. n. 18. Re-  
tensionem per l. 5. C. de fugit itaque CARPOVIVS & qui cum eo sentiunt ad l. 5.  
dolomato.

scribunt vero in ea lege imperatores iudicem: Si superflite  
patre per emancipationem tui iuris effecta, matri successi-  
sti, rebusque tuis per legitimam tutorem patrem cundem-  
que manumissorem administratis, postea TRANSEGISTI cum  
eo BONA SIDE; perspicies, quod si pacium tantum factum sit,  
petitio tua per exceptionem submouetur: si vero nouatio  
legitimo modo intercessis, & acceptilatio subsecuta est:  
nullam tibi cum eo superesse actionem, sane si LAESA ES  
IMMODICE liberatione solenniter per nouationem atque ac-  
ceptilationem tributa: non DE DOLO propter PATERNAM  
VERECUNDIAM, sed in FACTVM ACTIO tibi tribuenda est.

Casus legis. Filia emancipata Amphidrosa cum patre super gesta tu-  
tela bona fide transegerat; sed laesa erat DOLO patris, que-  
rit, qua actione contra eum experiri possit. Respon-  
dent imperatores: Si laesa es IMMODICE quidem non acti-  
one DOLI, sed in FACTVM propter PATERNAM VE ECVNDI-  
AM agere potes. Notum enim est contra extraneos com-  
petuisse, si alia actio non superflueret l. 1. §. 2. & l. 2. C. cod.

eam de dolo, contra patrem vero saltem actionem in fa-  
ctum subsidiariam l. II. ff. De dolo malo. Valde itaque se-  
met ipsos decipiunt, qui immodicam lesionem, cuius in  
hac lege mentionem iniiciunt imperatores, interpretan-  
tur.

Agitur ibi  
de dol. non  
de laesione  
ultra dimi-  
diun.

tur ex l. 2. C. de Resc. vend. Non enim dolus ex quantitate damni, sed ex qualitate facti (\*) aestimatur l. 10. C. eod. Eam igitur ob caussam adiectum, dandam actionem in factum subsidiariam, quia propter modicam lesionem dari non solet l. 9. §. 5. Et l. 10. de Dolo malo v. ANTON. FAER de erroribus Pragmat. Dec. I. Error. VII. n. 6. seqq. n. 22. seqq. VINNIUS Oz. ill. L. I. c. 57. p. m. 284. HAHNIUS ad WESENB. de Transact. n. 8.

§. XII.

Superest, ut de transactione dolo metue inita dis-  
quiramus. Constat autem quod tunc non queratur, an Dolus  
quis sit laesus, sed an deceptus metue ad promittendum transactio  
adductus. Qua ratione motus eiusmodi transactionem nem reddit  
non subsistere posse respondit VLPIANVS l. 9. §. 2. de trans- nullam.  
act. quia is, qui ita transigit, non paciscitur, sed decipitur  
Nood l. c. 15. p. 705. Deinde & illud certum, iniuisse. Quiri- Poterat  
tes transactionem modo pacto nudo, si aliquid saltem pro- transactio  
missum l. 21. Et l. 28. C. de Tran. act. Modo, si datio vel factum diuersis mo-  
interuenerit, cum transisse in contractum innominatum  
l. 33. C. eod. Modo accessisse stipulationem, eoque casu da- de iniiri.  
tam fuisse actionem ex stipulatu l. 21. C. Et l. 33. eod. Mo-  
do interposita stipulatione Aquiliana & itidem com-  
petuisse actionem præscriptis verbis l. 4. Et 5. ff. eod. Nood T.

C. l. c.

(\*) Neque obstat l. 36. de V. S. Nam verum est, quod ait Vlpianus, rem colum in se habere. Sed non pertinet ad easum lesionis enormissimam, sed plane diversos, vi si stipulatio facta sit sine causa l. 2. § 3. ff. de dolii mali except. Stipulatus est Titius seruum Stichum, sed hic iam tempore stipulationis erat mortuus, vel postea sine culpa tamen promissoris. Nihil stipulator ab initio dolo fecit, sed tamen exceptione dolii potest repelliri, quia hoc ipso est in dolo, quod nunc seruum petit ANT. FA-  
BER error. Pragm. Dec. l. Err. 7. 14. 12.

*I. c. c. 4.* Interueniente itaque stipulatione, quia suberat stricti juris negotium, auxilio prætoris extraordinario opus erat, postquam forinam de dolo malo adiunxit GALLVS AQVILIVS Collega & familiaris CICERONIS NOODT de forma emend. doli mali c. 5. p. 487. Quod si autem in bona fidei negotium transierit transactio, hoc prætoris auxilio opus non erat, quia illud ipso nullum, siue dolus ei causam dederit, siue incident. Quod sicuti rationi conuenit; ita idem plauis Romanis crudite demonstratum dederunt ILL. GVNDLINGIVS in Digestis p. 356. NOONT l. c. C. 2. § 7. SCHVLTING ad ff. quod metus causs. §. 6. § de dolo malo §. 4.

## §. XIII.

Itidem metus nullam reddit transactio nem.

De metu editum proposuit Lvc. OCTAVIVS A. v. c. DCLXXVIII. Prætor A. v. c. DCLXXVIII. editum proposuit: *quod per vim aut metum gesivm ratum non habeo*, unde etiam FORMULA OCTAVIANA audit CICERONI Orat. III. contra Verrem. c. 65. Quod sicuti clarissime probatum dedit ILL. GVNDLINGIVS in eruditissimo libello de efficientia metus c. 3. §. 4. not. 1. ita concedunt ea, quæ CL. NOODTIVS de Pactis C. 16. SCHVLTINGIVS ad ff. de dolo malo §. 3. differunt Cassiumque eam primum proposuisse existimauit. Nam non queritur hic de generali doli exceptione, sed speciali metus actione & exceptione v. ILL. DN. GVNDLINGIVS in Digestis p. 347. §. 10. seqq. A. dissert. de Except. metus iniusti in statu natur. & ciuili ILL. BOEHMERO præside habita c. 2. §. 3.

## §. XIV.

§. XIV.

Sed quorsum haec disputationis. Ut scilicet nemo *Epilogus*  
non intelligat, transactionem, si ea transferit in negotio *Cap. II.*  
tum stricti iuris, rescindendam fuisse prætorio auxilio,  
sia vero in b. f. eam ipso iure fuisse nullam atque irri-  
tam. Non enim rescindi potest id quod ipso iure non  
tenet ANT. FABER *Error. Pragm. Dec. I. Error. 7. n. 17.*  
Nulla hic occurrit de laesione quæstio, neque haec in  
causa est, quod negotium subsistere nequeat, cum in id  
solummodo inquirat prætor, an dolus subsit meatus?

BRUNNEMAN. *adl. 65, de Cond. indeb. n. 5. seqq.*

CAP. III.

DE

TRANSACTIONE NON RESCIN-  
DENDA PROPTER LAESIONEM VLTRA  
DIMIDIVM SECUNDVM IVS GERMANICVM,  
ET QVID OBTINEAT VSV  
FORENSI.

§. I.

**G**ermanis omni aeo nihil magis curæ cordique fuisse, quam ut sopianunt lites, probant notis-  
sima eorum proverbia: *Ein magerer Vergleich ist besser als ein feistes Urtheil.* LAVTERBACH.  
*rum genit. litibus inf. sta.*  
in diff. de Palmario Advocat. c. 3. th. 47. HERTIVS Paroem.  
L. I. c. II. item: *eine gütige Handlung bricht einen keinen Zahn oder Bein aus* LEHMANNVS Florileg. p. 787. Va-  
de etiam LEHMANNVS ZINGREFF prudenti consilio suaſſe  
C 2 feretur

sertur: Dafs derjenige so eine rechte Sache um eine Henne hat, ein Ey nehmen solle, und die Sache lassen geschlichtet seyu v. MULLERVS ad STRVIVM Exercit. VI. th. 34. Pertinet huc etiam illud Gallorum. il gaigne assez, qui se met hors de procez. VINNVS Select. Qu. L. I. C. vlt. Rectissime propterea rationes subduxit ACVRSIUS: Melius est, inquiens, unum tene, tene, quam centum cape, cape, scil. per litigium.

## §. II.

Hinc iudi-  
cibus ami-  
compositio  
iniuncta.

1) in Res.  
Imper. no-  
uiss. §. 110.

2) O. P. M.  
c. 6. §. 1.

Cum itaque adeo exosxiis semper fuerint lites quid mirum, si iudicibus serio iniunctum, vt, licet id ne quidem vrgeant litigantes, tamen eurent sollicite, vt amicabili compositione controuersia litesque componantur v. ZIEGLER in Dicastice concl. 22. §. 5. Hinc etiam in Recessu imperii Nouiss. §. 110. prudenter dispositum: Dafs der Richter erster Instantz die Partheyen in zweifelhaften Sachen nicht allein vor angefangenen Recht stand und litis contestation, sonder auch in quacunque parte iudicii durch alle dienliche Mittel und Wege, auch schiedliche Erinnerungen in Güte von einander zusetzen, und hierdurch alle voreilfütige und kostspielige Rechtsfestigung zu verbüthen sich bestisse v. VENT. DE VALENT. in Parthen. litig. L. 2. c. 4. n. 10. CARPOVIVS P. I. C. I. d. 10. L. III. Tit. 4. Resp. 35. n. 1. KNICHEN de Saxon. non prov.

§. I. ubi: Wann die Partheyen auf den angesetzten Tag, da Sie vor beschieden, gehorsamlich erscheinen, so sollen die Cantzler und Räthe, auch alle übrige Gerichts Obrigkeit, und Verwesere, allen möglichen ernsten Fleiss anwenden, die selbe ihrer habenden Irrungen halber, durch billigmäßige Wege, mit ihrer allerseits Bewilligung in der GÜTE ZU VERGLEICHEN, damit die Unkosten lang-

langwieriger und beschwerlicher Rechts-Processe erfordert, und ein jeder dasjenige, dazu er befugt, in der GUTE und ohne WEITLAUFTIGKEIT haben und erlangen, auch die Unterthanen um so viel desto mehr mit einander in Friede und Einigkeit leben mögen. Sed facit plerumque animus litigantium odii plenus & consiliis patronorum caussæ, qui id agunt vnicæ, ut eos ære emungant, plane occœatus, ut lites per amicabilem compositionem magis protrahantur, quam sopianunt u. ILL THOMAS in Dissert. de Litium protract. per amicabilem compositionem. Interim abusus non tollit usum.

§. III.

Quod si igitur sapiunt litigantes optime faciunt, si Et optime non audiunt blandas eorum voces, qui litis tutelam am- faciunt titi- biunt, licet cum grauitate multa de caussæ iustitia dis- gantes si po- trans- ruant. Incertum enim ea semper habere poterit exitum, gant, quam licet de iustitia caussæ confidas plenissime. Imo non in- incerto ex- verecunda cogitatio est eius qui lites extimescit & ex- uentui se submittant. cratur l. 4. §. 1. de alien. mut. iud. causs. fact. Hinc OL- DENDORPIVS Clas. I. art. II. in Except. de rei conuent. Mul- ti certe, ait, reperiuntur boni viri, qui malint re aliqua carere, quam spiritu vexari iudicario, praesertim cum vi- dent, sacrosanctas iustitiae officinas ubique constupratas. Quid quod ipse CARPOVIVS P. I. C. I. d. 9. verbis ad misericordiam mouendam compositis, adserat, Ægyptios de- cem plagiis fuisse castigatos, sed miseros litigantes mille subiici v. WESENBEC. Corp. 23. n. 39. VENTVR. DE VALENT. Parth. litig. L. I. c. 4. n. 14.

§. IV.

Quæ cum ita se habeant, exsurgit quæstio: an Ger- Sed nomine manorum iure transactio propter læsionem ultra dimidi- restringenda? sed reieccimus ista C. II. §. XI. CARP- da trans- ZOVI pter laſſo- attio pro-

22 Cap. III. De transactione non rescindenda propter

nem ultra  
dimidium?  
quod nega-  
tur.  
& refu-  
tatur  
**SCHILTE-**  
RVS.

ZOVII fundatum, clarissime ostendentes l. 5. C. de  
dolo malo non agere de rescissione propter lassionem im-  
modicam, sed propter dolum, qui omnia omnino ne-  
gotia nulla reddit atque irrita. Attamen SCHILTERVS  
Exerc. ad ff. IX. §. 18. in ea est sententia I. G. ex æquitatis  
ratione transactionis judicialis æque ac extrajudicialis  
rescissionem fuisse permisam. Quemadmodum vero ex  
iis quæ C. I. differuiimus, facile est ad intelligendum, istam  
æquitatem esse cerebrinam; ita remaneat facti quæstio:  
quid senserint Germani? Sed ne quidem verosimile est,  
gentem litibus adeo infestam & cui fides in tanto semper  
fuisse constat pretio v. C. I. §. 1. C. III. §. 1. ob lassionem  
solam, & ex post facto primum ad parente, sustulisse com-  
positiones nouisque litibus aperiisse fenestræ. Non ita-  
que credimus SCHILTERO afferenti contrarium, quia id  
quod dixit, non probauit. v. ILL. GVNDLING. in Digestis  
p. 256. §. 9.

§. V.

**Germanie**  
ICti ex æ-  
quitate ce-  
rebrina ad-  
plicarunt  
L. 2. C. de R.  
V. ad trans-  
actions.

Quod vero in transuersum egit plerosque Germa-  
niæ ICtos fuit, quod æquitatem cerebrinam in pretio  
habuerint & propterea existimauerint nihil esse aquius  
quam applicare L. 2. de R. V. ad transactionem. Hinc  
etiam non mirum, eos sententiae quam propugnant de-  
cisionem petere ex Iure Romano. Sed quia C. II iam  
clarissime est demonstratum, alias plane Iuris Romani  
& Imperatorum, quam ii consingunt, fuisse mentem, fa-  
cile patet, quod cum concidat fundamentum, etiam uno  
ictu conclusiones, quas inde deducunt, concidere debeant.

§. VI.

**Varie ad-  
versario-  
rum op-  
niones.**

Noli autem existimes, vnam eandemque eorum qui in  
adversariorum castis militant esse sententiam. Sunt enim  
qui cum EARTOLO, quem ipso nomine venerabilem esse  
perhi-

perhibet HEIGIVS P. 2. Qd. 9. n. 12. distinguunt, an læsio alii refrin-  
æstimetar respectu habitu ad rei ipsius quæ v. c. in iudi-  
cium deducta erat æstimationem, & eiusmodi læsionem alii refrin-  
gunt id ad dubium li-  
tis euentum.  
non inducere dicunt hoc remedium: an vero ad ipsum  
litis euentum, quod quilibet alius alterum tantum pro  
dubio litis euentu daturus fuisset, quo demum casu cum  
Bartolo admittunt rescissionem v. PINELLVS ad l. 2. C. de  
R. V. P. I. c. 4. n. 14. BACHOV, ad Trentl. T. I. disp. 7. th. 6.  
lit. c. Demum alii ad ipsam rei controversia æstimatio- alii ad i-  
nem respicere malunt, si læsio excurrat in notabili quan- psam rei  
titate. Modicam enim non curant, quos recentet PI- controuer-  
NELLVS l. c. & HEIGIVS l. c. n. 13. seqq. Quæ vero sen- se æstima-  
tentia ex his omnibus veritati accedat proxime usque spicere ma-  
forensi sit adprobata manet adhuc incertum, uno hoc, lunt.  
altero contrarium afferente & utramque sententiam pro  
communi venditante HEIGIVS l. c. n. 1. 2. 13. MYSINGER  
Cent. 1. Obs. 33. Cent. 6. Obs. 91. MANZIVS Decision. Palat.  
Qu. 46. n. 5. Sed Amicus Plato, amicus Aristoteles,  
nobis magis amica veritas esto.

§. VII.

Recurrunt HEIGIVS l. c. n. 14. seqq. ceterique qui re- Alii in omni  
scissioni locum faciunt, ad dolum, & hunc adesse in læsi- enormissi-  
one enormi sibi persuadent. Sed iam C. I. §. 5. 6. clare ma. læsione  
ostensum propter dolum non rescindi transactionem, sed dolum ades-  
sam esse ipso iure irritam & nullam. Interim non sem- quod tamens  
per adest dolus; si quis ultra dimidium se læsum esse con- falsum.  
queratur, poterit ea sine dolo contingere, quod sicuti  
comprehensu difficile non est, ita ulteriori probatione  
opus non est. Potest utique, quod iterum urget HEI-  
GIVS l. c. n. 21. lis fingi per calumnium, sed hoc non  
controvèrtitur. Bona enim adesse debet fides, quæ cer-  
te omnem omnino excludit dolum MEIVIS P. 4. Dec. 31.

Præfer-

24 Cap. III. De Transactione non rescindenda propter

Præfertim cum quoties de lœsione probanda agitur, ad tempus contractus respiciendum & ad istum probatio dirigenda sit, non quod ex post facto accidit MASCARD. de Probat. L. 2. Concl. 962. n. 4. segg. HEIGIVS l. c. n. 24. Eo vero tempore aderat res dubia atque platiæ incerta, adeoque incomprehensibile est, probari posse in re incerta certam lœsionem v. C. II. §. 5. HAHN. ad WESENSE. de Transact. n. 8. Quo etiam argumento refellitur HEIGIVS l. c. n. 16. vbi in ea est opinione, cum esse in dolo, qui comperta tam enormi lœsione, tamen se tueratur transactionis exceptione. Non enim nunc primum transigitur, sed iam est transactum omnisque lis composita.

§. VIII.

Male a BARTOLO ad dubium lœsionem ad dubium lœtis cœuntum referri, cum is sit incertissimus. Et hac etiam de cauſa fatetur HEIGIVS l. c. n. 27. sibi annos duodecim continuos cognitioni cauſarum in curia Suprema & intermediiis iudicis vacanti, nondum videre contigisse exemplum ullum quo quis se ultra dimidium in transactione lœsum esse liquido comprobasset.

Alii ad iuſtam & ſi- mationem in notabili quantitate excurren tem reſipi ciunt. Mouit hæc incertitudo PHILIPP. CORN. Vol. I. Conf. 166. 189. quem & alii plures sunt ſequi, quos magno numero recenſet PINELLUS l. c. n. 26. ut alteram amplectetur ſententiam, vt si quis lœſus sit ultra dimidium iuſta estimationis, rata maneat transactio, ſin autem ea excurrat ultra dimidium in notabili quantitate ea sit reſcindenda. Quæ opinio licet itidem ex æquitate imaginaria in cerebro dd. ſit nata; tamen teste MENSINGE O. Cent. I. Obs. 33. Cent. 17. Obs. 91. Camera imperialis aſſeffores eam adprobauunt. Quid quod

quod HEIGO autore ita pronunciatum 8. Maii 1596. ex-  
tra Saxoniam.

§. IX.

Denum in Saxonia auctoritate publica rescindendam esse transactionem propter læsionem ultra dimidium per Constit. Avgusti P. II. Conf. 34. est dispositum his verbis: *Unsere Schöppen-Schüle seynd bis hero dessen einig ultra dimidium gevesen, das die dispositio l. 2. C. de res. vend. auch in dium. Transactione statt haben soll, ungeacht was etliche der Doctorn vveit läufigt hiervon disputiren, aber dis ist etwan bedenklich gevesen, ob iuxta distinctionem Bartoli zusprechen, qui facit respectum ad euentum litis, Wann aber der BEWEISS disfalls SEHR SCHWER und auch FAST UNMÖGLICH IST, so haben sich unsre Verordnete hierin verglichen, auf die læsion vor SICH SELBST, und NIT auf LITIS EVENTVM zusprechen. Quod tamen 1) solum restringunt CARPOVIVS ad h. Conf. d. 4. RICHTER P. 2. Dec. 1) ad extra-99. n. 63. seqq. FRANZ. L. 3. resp. 3. n. 76. BERLICH. P. 2. dec. 363. n. 18. ad transactionem extra judicialcm, in judiciali*

*lure Sax. lege pesmis- ja ref. ob læsionem*

*gevesen, das die dispositio l. 2. C. de res. vend. auch in dium.*

*Quod solum iudicialem, sed male, re-*

*stringunt.*

enim læsioni ultra dimidium locum non concedunt, quia iudicis auctoritas fraudis ac læsionis presumptionem excludit, & quæ ab ipso acta sunt, rite celebrata esse presumuntur GAILIVS L. II. Obs. 1. n. 10. Confirmant hanc sententiam multis præiudiciis CARPOVIVS c. d. 4 RICHTER n. 65. Sed alii eam etiam in judiciali admittunt KÖPPEN Dec. 58. n. 29. HARPRICH dissert. de Transact. indic. th. 33. BEGER Oecon. Iur. L. III. Tit. 3. §. 18. n. 4. vbi etiam ita ab ordine ICrorum Vitebergensium pronunciatum esse 1691. testatur. Et vercor, ne sententia CARPOVII & eorum qui tantum admittunt rescissionem in transactione extra judiciali, abeat a mente Serenissimi legislatoris. Nihil enim ibi de hac differentia, quam propterea temere fingunt Do-

D

ctores

26 Cap. III. De transactione non rescindenda propter

ctores pragmatici v. ill. THOMASIVS cit. diff. C. III  
§. 10.

§. X.

2) rescissio. Deinde 2) hanc sententiam limitant, si ex interualni locum lo transactionem ratam habuerint atque denuo confirmos faciunt, mauerint RICHTER l.c. n. 55. seqq. CARPZOVIVS d. 2. PAVCK-  
fatio ex in-MANN Conf. 50 Rationem redditum, quia geminatio tol-  
teriallo ralit errorem & inducit scientiam lesionis KÖPPEN dec. 58.  
tificata.

n. 25 Sed ubi scientia ibi donatio, adeoque ex com-  
muni doctorum sententia actus retractari nequit CARPZ.  
l.c. Sed quid fingi posset absurdius, quam geminatio-  
nem inducere scientiam? Qui enim denuo declarat, se  
nolle resilere a transactione, is utique adhuc potest ver-  
sari in errore atque ignorantia. Quid quod & absone,  
tunc frustra ad legis beneficium, si sciens iuri suo re-  
nunciauerit, cum recurrere posse adfirment CARPZOVIVS  
l.c. RICHTER n. 66, & quos ibi longa serie adducit. Qui  
enim donat, rem certam & indubitatam liberalitate re-  
mittit. Vbi vero res certa, ibi nulla transactio. Quod  
sicuti C. II. §. 3. probatum fuisus; ita secus sententium  
tela non extimefcimus

§. XI.

3) Contra  
tertium le-  
gis benefi-  
cium non  
prodest.  
4) a tertio  
rescindine-  
quit.

Nec 3) prodest salutare legis remedium si quis  
contra tertium possessorem, qui rem iusto pretio &  
titulo oneroso acquisiuit, ad rescissionem agere velit, &  
ita pronunciatum refert RICHTER n. 73. Sic etiam 4) a ter-  
tio contractus propter lesionem ultra dimidium impu-  
gnari & rescindi nequit. Reus enim posset excipere,  
quod actori ius agendi non competet RICHTER l.c.  
n. 75-76.

5) cessat, si  
accessit iu-  
ramentum.

§. XII.

Cessat 5) legis beneficium in transactione iuramen-

to

lo confirmata. Iuramenti enim hanc vim & efficaciam esse dicunt, ut ex obligatione non efficaci, cui videlicet obstat exceptio, faciat efficacem & validam COLER. Proc. exec. P. I. c. 10. n. 251. RICHT. n. 277. seqq. Lepida philosophia! Si enim sapis, facile intelliges, iuramentum nunquam nouam producere obligationem, sed esse sermonem accessorium promissionis vel assertionis, abstrahendo ab illis nullum plenum sensum habentem. DEVS enim ut testis veritatis & vindicis per iurii inuocatur. Non itaque inuenta sunt iuramenta ad confirmanda negotia inualida, sed ad deterrendos homines improbores, ne fallant in negotiis alias validis & citra iuramentum etiam obligantibus. Vnde quemadmodum regulariter accessorium sequitur naturam negotii principalis: ita etiam iuramentum, si accedat rei prohibita, si negotio inefficaci, et si non prohibito, nouam obligationem non producit, sed tunc tamen, ut & in primo casu, vbi rei prohibita iurata promissio accessit, vitium in eo consistit, quod temere Deus fuerit inuocatus. Ex quo simul fuit, in iuratis promissionibus non subesse duas promissiones, unam iniuritatem qua homini fiat, alteram iuratam, qua Deo. Nam sola inuocatio Dei in testimonium & vindictam, in qua consistit forma iuramentorum, non continet promissionem Deo factam ILL. THOM. ad Lan-  
celot. p. 1391. seqq. n. 185. Inst. Ipr. Diu. L. 2. c. 9. § Fund.  
Iur. Nat. l. c. DN. LVDOVICI dissert. de brocard. omne iura-  
mentum seruandum esse, quod salua salute aeterna seruare  
potest. Hinc etiam alii non obstante iuramento, adhuc  
rescissionem admittunt, quia iuramentum non debet esse  
vinculum iniquitatis v. SPEIDEL. v. Vertrag & quos ibi  
longa serie allegat.

## §. XII.

*Cessat, si* Denique 6) per renunciationem tolli beneficium ei renuncia nostræ l. 2. probare allaborant RICHTER, CARPOVIVS alii-  
tum.  
*Requirunt que.* Attamen controvertunt, an sufficiat generalis, an  
tamen qui vero requiratur specialis renunciatio. Sunt enim qui  
dam specia- non obstante generali renunciatione adhuc peti posse  
tem renun- contractus rescissione afferunt, quia generalis renun-  
ciatio non debet extendi ad ea, de quibus verisimiliter  
ciationem,

non est cogitatum. RICHTER n. 84. seqq. KÖPEN. Dec. 58.  
n. 13. CARPZ. d. 2. n. 5. Quæ etiam sententia L. SAXON.  
per cit. Conſt. adprobata his verbis: es wære denn, daß  
auch super laſionē ipſa WISSENTLICH transfigirret, in uel-  
chen Fall ſolches remedium nicht statt haben ſoll.

Sunt vero alii qui contrarium defendant & ni fallor, firmo-  
ribus innixi rationibus. Qui enim omnibus exceptio-  
nibus renunciat, is etiam sine dubio laſioni ultra dimi-  
dium renunciat, alias enim non renunciasset omnibus.  
Imo verba generalia omnes ſub ſe comprehendunt spe-  
cies Bysivs ad l. 4. §. 4. si quis cauit, in iudic. CARD. MAN-  
TICA de Tacit. & ambig. conv. l. 16. t. 18. n. 2.

## §. XIII.

l. 8. quidem Sed quamvis SAXONIUM IURE in primis publica au-  
reſcenditur Et oritate transactionis reſcifio propter laſionem ultra di-  
propter le- midium ſit introducta, eius tamen probatio erit difficulta-  
tione ultra dimi- ſtiorum. Quia de cauſa mirum non eſt apud CA PROVIVM  
tra dimi- non inueniri præiudicium, probata laſione ultra dimi-  
dium, ſed probatio eſt dium, reſcifam fuſſe transactionem, ſed ſemper reſpon-  
difficillima. derunt lebini: Dass das beneficium l. 2. C. de Rescind. Vendi-  
auch in transactione und gütlichen Vergleichen statt ha-  
be und zuläſſig ſey. Præterquam, quod RICHTERVS re-  
ſpondum referat n. 54. Dass enre Vervielligung vermöge  
der Churfürſt. Sichſ. Conſtitution und des l. 2. C. de rescind.  
Venda.

vend. uelches denn in allen contracten, tranractionen und dergleichen statt hat zu rescindiren. Quae cum ita sint, prudentiae iubent regulæ, ut quis potius abstineat & desistat a lite, quam magnos faciat sumtus, incertus tamen, annon forte deficiat in probatione atque reus excipiendo consequatur triumphales honores ILLVST. GVNDLINGIVS cir. Diff. de Transact. stabilit. Instabil. §. 44.

§. XIV.

Quod autem Cameræ imperialis praxin attinet, equidem MYSINGERI testimonium pro rescissione transactionis adduximus. Sed contrarium perhibet GAILIVS

Camera imperialis praxis incerta.

L. II. Obs. 70. n. 11. Quomodo enim, inquit, dubius litis euentus estimari poterit, cum ea que DVBLIA sunt, distinctionem CERTAM non recipiant. Is enim qui transigit, remittit incertum & dubium litis euentum, ergo lesionem allegare non potest. GAILIO subscriptit SEILER in Sentent.

Camer. sub. a. 1538. v. FICHARD. Cons. 30. n. 86. Vol. 2. ZASIVE C. 18. n. 16. BRUNN. M. ad l. 2. C. do R. V. & Cons. 97. MEV. P. 4. dec. 30. P. 8. dec. 494. MULLER. ad STRVVIM Exerc.

6. th. 67. (n.) aliique quos ibi nominat.

§. XV.

Quæ cum ita se habeant, eo magis mirandum B. STRYCKIVM in V. M. de Transactionibus §. 22. contrariam defendere sententiam, & pro ea evidentem militare aequitatem existimare. Quam vero nos, meliora edocet, merito faccimus flocci. Quod enim B. STRYCKIVS vrget, quasi ad parente lesionе cesseret causæ dubietas, idc o falso, quia non ad id quod ex post facto forte adpareat respiciendum, cum tunc non amplius transfigatur, sed lis iam finita sit transactione.

§. XVI.

Viuimus itaque iure incerto. Quot capita, tot sensus. Quot Dd. tot diuersæ opiniones. Qua de cauffa

Respondetur B. STRYCKII obi.

D 3

Vbi itaque nihil de hac re dispositum cu-

*iusus sub COLERVS Conf. 8. n. 6. hanc questionem adeo dubiam esse  
relinquitur credidit, ut decisione imperatoria indigere videatur.  
opinio.* Sequuntur Iudices, vbi ea lege prouinciali non decisa,  
suam quam fouent opinionem, quæque ipsis veritati pro-  
xime accedere videtur. Nobis placuit negativa, &, nisi  
nos omnia fallunt, argumentis non sicutulacis, sed firmis atq;  
indubitatis eam defendimus, in quo adhuc magis nos con-  
firmat SERENISSIMVS LEGISLATOR Ordinationis Politie  
Magdeburgica C. 46. §. 1. Ob gleich jemand, inquiens,  
zu Rechte erweisen wolle, daß ihm zur ZEIT des Auf-  
gerichteten VERGLEICHS MEHR denn nach EINSTEN ge-  
bühret, als ihm in dem Vergleiche zukommen, oder er  
durch denselben DREYMAHL WENIGER erlanget hatte, als  
er haben sollte, soll dennoch der Vergleich, zumahlen wenn  
er gerichtlich geschlossen, oder von uns, oder auch unser  
Magdeburgischen Regierung, auf der Sachen vorhergehen-  
den Untersuchung bestätigt vororden, dadurch NICHT  
AUFGEHOBEN, noch die ERFULLUNG des Mangels mit  
BESTANDNE RECHTFENS gejuschet vororden, ob auch gleich  
die Uhrkunden, woraus er die Verkürzung zu behaup-  
ten vermeinet, nachher gefunden werden. Er könnte denn,  
wie Rechts, darthun und erweisen, daß die Uhrkunden  
vorause der Verkürzung behaupten will, zur Zeit des  
Vergleichs von demjenigen welcher solche bey sich gehabt,  
nicht erlangen können, ihm auch derselben Inhalt nicht wif-  
send gewiesen, auf solchen Fall würde der Vergleich bil-  
lig aufgehoben. Quam limitationem adiicere placuit le-  
gislatori Potentissimo. Factum inde, ut cum ante ali-  
quod temporis spatium in ipsa hac ciuitate de transacti-  
one propter lesionem ultra dimidium, præfertim cum ea  
esset extra iudicialis, rescindenda lis incideret; equidem  
Patronus causæ variis yndique conquisitis argumentis  
isque

sque doctis admodum, sententiam contrariam stabili-  
tum iret peteretque restitutionem tamen a judicio regio ci-  
uitatis ita pronunciaretur 15. Iulii 1722. Dass die gesuch-  
te restitution nicht statt habe, sondern uweil beklagte den  
edirten Vergleich recognosciret, so ist sie auch nach Maß-  
gebung derselben Einwendens ohngeachtet, die geklagte 325.  
thr. bannen Monath Frist cum interesse mora der Klä-  
gerinn bey Vermeidung der Hülffe zu bezahlen verbunden,  
und wvird sie mit ihren übrigen Suchen ad separatum iu-  
dicium verwiesen. Licet vero haec sententia per remediu-  
m appellationis a viribus rei iudicata suspenderetur;  
tamen ea fuit confirmata ab illustri huius Ducatus Re-  
gimine. Quia itaque in quauis prouincia peculiariter hac  
de re deposita, quin iis sit standum nemo ibit inficias.  
Ita enim *Ius prouinciale Wurteb.* p. 2. tit. 22. locum facit  
rescissioni propter læsionem enormissimam in transactio-  
ne. Nec desunt extra Germania limites prouincia at-  
que regna, vbi publica auctoritate prohibita transactio-  
nis rescisio læsionis ultra dimidium obtenu. De SA-  
BAUD'A locuples testis est ANT. FABER Error. Pragm. De-  
cad. 1. err. 7. n. 13. edito serenissimi Sabaudia ducis d.  
a. 1577. fuisse prohibitum, ne qua posthac restitutio in  
integrum detur aduersus transactionem praetextu qua-  
rumlibet enormis & immodicæ læsionis. Idem etiam  
apud GALLOS regia Constitutione introductum esse adse-  
rit, inuitis pragmaticis, quorum interest plurimis litibus  
implicari miseram plebem, quod commodius fieri ne-  
quit, quam si contractus rescindantur læsionis praetextu.

§. XVII.

De dolo metuque nihil addimus noui, cum ea pos- *Conclusio,*  
sint sufficere quæ C. I. & II. fusi sunt disputata BERLICH  
p. 2. dec. 263. n. 27. seqq. MULLERVS ad STRVVIM Exer. 6. n.

32 Cap. III. *De Transactione non rescinaenda propter*


63. & alii ab ho: citati. Monet nos potius chartæ angustia, vt abrumpanus filum. Tibi itaque L. B. hunc ingenii nostri ſeatum etiam atque etiam commendamus, & ſi quæ forte minus recte tibi videantur dicta, æquum tamen iudicium a tua humanitate exspectamus. Quos enim inanis contradicendi vexat gloriola curamus ſcilicet. Deo vero deuotissimas agimus gratias pro prælitis nobis huc usque viribus eumque rogamus supplices, vt noſtris ſemper benedicat laboribus!

RESPONDENTI, NOBILISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Iucunda præteriti recordatio. Ita etiam TIBI, NOBILISSIME GOLDHAMERE, iucunda erit olim recordatio laborum quoſ alacriſ ſtudio in ſacra hac Muſarum ſede iuſcepisti. Quantum enim in philoſophorum ſcholis profectis, meo non indiget teſtimonio, cum id diſferatio pereruditat de animæ immor-talitate abunde commonetur. Sed probe intellexisti hic non iuſſendum eſſe Iurium cultori, qui cum VLPIANO l. i. ff. de Iuſtitia & Iure veram & negotioſam, non oteſam & ſimilatam adficitant philoſophiam. Imo ne quidem ſufficit, verſare diurna nocturnaque manu litorum volumina, ſed id agendum ſedulo, ut in eſſis noſtris ſingula conuertamus, ſive in ſchola ſive in foro tranſfigere uitam habeamus coniſtutum. Quia cum ita ſint, hoc etiam de Transactione propter laſionem ultra dimidium non reſcindenda thema ſeligiſti, vt offendereſ eruditio orbi, quid valeas in Iurisperuendia Romana & que & Germanica. Gratulor TIBI de publico hoc eruditioſis ſpecimine nibilque magis in votis babeo, quam ut exſpectationi pa-rentis optimi atque Patronorum ex aſſe reſpondeas. Valemque conſortii memor viue. Dabam e Muſeo in Acad. Frider. d. 2. Nov. cl. Lcc XXIII.



**ULB Halle**  
001 618 954


3



56







1793 14a 49

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**TRANSACTIONE  
NON RESCINDENDA PROPTER LÆSIONEM  
VLTRA DIMIDIUM,** 141  
OCCAS. ORD. POLIT. MAGD. C. 46. §. I.  
QUAM IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRÆSIDE  
**CAR. GOTTLIEB KNORRIO,** JVRIVM DOCTORE ET PROF. PVBL.  
EXTRAORD.  
Eruditorum examini submittit  
**JO. FRIDERICVS GOLDHAMMER,**  
J. V. Stud.  
H. L. Q. C.  
D. OCTOBR. CIC 1794  
HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typ.